



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

81. An in die comeditione carnium in die ieiunii detur parvitas materiæ? Et  
quænam quantitas materiæ excuset in comeditione carnium in die ieiunii?  
Et quid, si in singulis diebus Quadragesimæ eam ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

existimatur aduersari fidei professioni. Alias non video, cur non aquæ in hac, ac in aliis materiis à mortali excusare possit materia paruitas.] Ita Tannerus.

## RESOL. LXXXL

*An in comeditione carnium in die ieiunij detur paruitas materia?*

*Et quanam quantitas materiae excusat in comeditione carnium in die ieiunij?*

*Et quid, si in singulis diebus Quadragesima eam carnis particulam nimiam quis ederet, & quamvis à principio Quadragesima haberet voluntatem expressam singulis diebus Quadragesima id efficiendi?*

*Et an qui serviant infirmis possint aliquid comedere in die ieiunij etiam ex carnis ad excitandum appetitum infirmorum?*

*Et infertur non esse Hæreticum externum, qui signa dat hæresi interna in quantitate tam leui, ut non sit ex se peccatum mortale? Ex parte 5. tractat. 5. Resolutione 32.*

Quæ hic est  
Ref. antecedens, & in  
alio §. eius  
not.

§.1. Pro affirmativa sententia in 1. part. tract. 9. ref. 43. adduxi Tannerum, cui nunc addo Sanchez in summa, tom. 1. l. 2. cap. 8. num. 17. quem sequitur Merolla tom. 1. diff. 2. cap. 4. dub. 7. num. 11. vbi sic ait. Infertur comedendum tantillum carnis in Quadragesima excusuri à mortali ob materia paruitatis. Ex quo sequitur si qui motus hæresi interna, qua putat licere eum carnis diebus prohibitis, eam minimum carnis particulam ederet, non fore illum hæreticum externum, ac proinde non incurrere excommunicationem latam contra hæreticos externos, quamvis attentis circumstantiis concurrentibus, quando esset eus in notabilis quantitate, oriretur sufficiens hæresis indicium; quia id factum externum non est mortale, nisi per solam relationem ad actum internum. Et hoc quod dixi verum est, licet singulis diebus Quadragesima eam carnis particulam minimam quis ederet, & quamvis à principio Quadragesima haberet voluntatem expressam singulis diebus Quadragesima id efficiendi.

2. Neque obstat quod præceptum Ecclesiæ de non vescedis carnis in Quadragesima sit negativum, nam etiam præceptum naturale de non furando negativum est, ergo sicut in hoc excusat à mortali paruitate materia, ita in illo, non enim est maior obligatio præcepti positivi, quam naturalis. Ita Merolla, qui addit noxiissime Hurtadum de Mendoza de fide vol. 1. disput. 8. sect. 1. §. 21.

Sup. hoc in  
tom. 5. tr. 8.  
Ref. 8. & in  
alio vers. eius  
not.

3. Dicendum est igitur non esse hæreticum exterior, qui signa dat hæresi internæ in quantitate tam leui, ut non sit ex se peccatum mortale. Itaque si eus carnium in magna quantitate censerit posset contra fidem, si quantitas non sufficiat ad peccatum mortale contra legem ieiunij, nec erit hæreticus exterior, qui eis in ea quantitate vesceatur, quia excommunicatione & reservatio est de peccato mortali interno, ut coniuncto cum mortali explicante interiorum; sed hæresi interna non explicatur in exigua quantitate, ergo non reservatur, nec est hæreticus exterior. Minor probatur, quia exigua materia vesci solet homo Catholicus ob solam gulam, aut libitum gustandi carnes, licet nulla alia subfici causa, ergo, &c.

4. Post hæc scripta inueni Antonium de Leone, mercato, in q. mor. de chocolate p. 3. n. 1. docere etiam in comeditione carnis in diebus ieiunij dari paruitate materia, quam in num. 8. sic determinat. [En la prohibicion de los manjares de carne en dia de ayuno, como diximos, vnos niegan que se dé paruidad, y otros la conceden, pero ninguno que yo aya visto, señala que

cantidad de carne se podrá comer, que siendo alguna, no sea tanta que quiebre el precepto, ni tampoco que se repue por nada, sino que lo coingue el fecundum. En los Summa se halla, que todos conforman en que el coziner, y el que hace la farta a los & Príncipes, pueden comer en Viernes de los manjares de carne, lo que moralmente es necesario para probar los darles razon, si faber lo que son, sin que por ello quiebre el precepto, porque la causa le disponia fin derogar en aquella cantidad, como en materia parua. Luego esta es la delte precepto; porque fino le quebrante esencialmente, como es cierto, fino accidentalmente, y para que no aya culpa, se atiende la causa, que es le oficio. Siguese que el que fin ser coziner, ni hazer la farta comiera la cantidad de carne que a ellos se permite por sus oficios, ecará en culpa, esta no puede ser mortal, porque se opone poco al precepto y en cantidad, que la justifica causa tan leue, luego sera venial, esta será la materia parua deste precepto, que prometi aueriguar, y no otra mayor.] Sicile.

5. Notandum est etiam ex his, eos qui infirmis infirmis, posse aliquid comedere in die ieiunij, etiam ex carnis, quando viderent id esse commodum ad excitandum appetitum infirmorum, quia patinatur fastidium, & probatur ex casu præcedenti de pincenis Principium, grauior enim & virgenter est hæc causa quam illa. Item quia id postular charitas, & Ecclesia non intendit impedire opera charitatis. Ita ex Nauro & aliis docet Sanchez in opusculi tom. 2. lib. 5. c. 1. dub. 11. num. 10.

## RESOL. LXXXII.

*An qui vorit certa die ieiunare, toties peccet mortaliter, quoties carnes comedit?*

*Et quid est dicendum, si expresse promitteret in die omni comedionem, an tunc peccet toties quoties præsumit comedionem concedere carnes?*

*Et explanatur differentia inter ieiunium ex præcepto Ecclesiæ, & ex vi voti, si in illis aliquis comedit carnes.*

*Et an in die ieiunij pluries comedendo pescet, vel latencia non peccet toties mortaliter, sed in secunda comedione. Ex p. 1. tr. 9. Ref. 37.*

§.1. Affirmative responderet Azorius part. 1. lib. 7. cap. 10. quest. 8. nam in die ieiunij verum est, quod plures comedendo pescet, vel latencia, non peccetur toties mortaliter, sed tantum in secunda comedione, vt docet Durand. in 4. diff. 15. q. 9. 11. Paludan ibid. quest. 4. art. 5. Gabr. diff. 16. quest. 3. art. 5. dub. 5. Cetero loco 2. 2. q. 14. n. 8. Angel. v. ieiun. q. 2. 2. Sylvest. cod. verb. q. 3. Rosell. cod. verb. n. 4. Aramil. cod. verb. n. 14. Taberna. cod. ver. quest. 9. D. Antonius p. 2. tit. 6. cap. 1. §. 9. Narat. Man. c. 21. num. 15. Regius in suis ref. cas. 9. n. 1. & seq. Binsfeld. in Ench. Theol. Pastor. p. 3. c. 3. c. 1. com. 3. Filliac. tom. 2. tr. 27. p. 2. c. 2. n. 23. Lessius l. 4. c. 1. dub. 3. num. 15. Reginald. tom. 1. l. 4. c. 1. dub. 14. n. 179. Villalob. in sum. tom. 1. tr. 23. diff. 6. num. 6. Ioan. de la Cruz in direct. conf. p. 1. p. 4. art. 4. dub. 1. concl. 1. Fernand. in exam. Theol. mar. p. 2. c. 8. §. 3. n. 10. Rodriq. in sum. tom. 1. c. 2. n. 1. Henric. lib. 7. c. 1. 3. n. 12. in gl. lit. S. Coninch. de Sac. q. 7. 4. 14. dub. 3. num. 103. & alii, quidquid in contrarium affirmerunt Medina Complutensis q. 1. de ieiunio, & Couarruzas l. 4. var. c. 20. n. 13.

2. Tamen aliter dicendum est, si quis comedat carnes: nam toties peccabit, quoties illas comedet, vt notat Fillius in tom. 1. tract. 27. p. 2. cap. 5. numero 8. Toletus lib. 6. cap. 3. Lessius vbi supradictum, num. 17. Out. in sum. cap. 19. mand. 2. num. 9. Homobonus de exam. Eccles. p. 2. tr. 8. c. 7. q. 20. Graff. in des. p. 1. l. 2. c. 37. 4. 9. Fagundez